



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum  
Societatis Iesu instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1602**

De vigilantia & solicitudine. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45323**

*Ruff. hist.* sed factis quam verbis illustrius. Neq;  
*eccl. li. II.* enim (quod de Nazianzeno Gregorio  
*cap. 9.* scripū legimus) discipulis aliquid im-  
 perabat, quod non prius ipse fecisset.  
 Et cùm singularis prudentia fuerit, i-  
 dem tamen sentiebat, in diuinis rebus,  
 qui nimis prudentes esse volunt, haud  
 sæpè magna præstare. Nunquam enim  
 se, ad ea, quæ pulcherrima sunt, admo-  
 uebit is, qui eorum difficultates, & an-  
 cipites euentus scrupulose cogitat, aut  
 anxiè nimis reformidat. Vnde & Sapi-  
 ens, Prudentiæ tuæ, inquit, pone mo-  
 dum: neq; enim decet, sine modo eam  
 virtutem esse, quæ reliquarum virtu-  
 tum modus & mensura est.

*Prov. 23.*

DE VIGILANTIA ET  
 sollicitudine.

CAPVT XII.

**M**irifica in illo sollicitudo adres-  
 conficiendas, atque vigilantia  
 fuit. Non enim solum efficien-  
 di adiumenta excogitabat sapientissi-  
 mè, sed magna etiā efficacitate vteba-  
 batur inuentis: rem cœptam perseue-  
 ranter vrgens: alios, quibus vtebatur  
 administris, rebus agendis indormire  
 haud quaquam sinens, sed impigros  
 reddens, atque attentos.

Cum

Cum ad Principem virum aliquando adire vellet, eiusque conueniendi copia non fieret, quattuordecim horas ieiunus expectauit, ne bene gerendae rei occasio efflueret. Constatq; per triginta quattuor, & eo amplius annos, nunquam illum quod in Dei gloriam facere statuisset, propter vllas temporis cæliq; iniurias, ex præstituta vel die, vel hora, in aliud diem, aliamve horam reiecisse.

DE MIRACVLIS PER  
eum factis.

CAPVT XIII.

**E**xposita nobis hactenus est Ignatij vita: ex qua sumere quisque ad imitandum possit, quod cuique maximè conuenit. Sed dicat aliquis, si hæc vera sunt, vt profectò sunt, quid causæ est, quamobrem illius sanctitas, minus est testata miraculis? &c, vt multorum sanctorum vita, signis declarata, virtutum que operationibus insignita? Cui ego: Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Ille enim est, qui facit mirabilia magna solus, propterea illius tātummodo infinita virtute fieri possunt, quæcunq; naturę vim aut modum.